

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Seria litteratorum, hominum poenitentia, institutio  
eruditorum delinquentium - Cod. Ettenheim-Münster 60**

**[S.l.], 1727**

Sectio 11

[urn:nbn:de:bsz:31-108344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108344)

Sisyphæaq; saxa, quibus toto propemodum vita sua decur-  
su fatigatus fuerit, arridere, quam illud datum à christo  
consilium, uti post hæc UNO necessario contentus non  
necessaria cuncta amoveat, mundumq; universum à tergo  
relinquat. Ridebunt forsitan (sicut addit egregius ille  
sacra Metanæa profelytus) humana sapientia admira-  
tores delirum senem, à fastigijs estimationis suæ ad bases  
infimas descendendum, rideant, si voluptè est, meum cor  
etiam ridebit effugipe tercas, evasipe labyrinthos. Inveni  
portum, seret fortuna valete, dixit poeta; ego: inveni  
christum; vos Numina vana valete. tota mea vita  
peregrinatio fuit, non patria, mutatum perpetuo diver-  
sorium, nunquam et nusquam stabile Domicilium: atiam  
caelestis patria in prospectu est, ad cuius uoyz limina, due  
meus, lux mea, christus me deduxit. atq; hæc inter  
sacra metanæata (quibus postremum biennium ea-  
egit) vitam tandem Comenius placide finivit optatamq;  
requiem octuagesimo octavo suo anno invenit.

## Sectio ii.

Jugis imitatio laudatorum modò sacra  
Metanæa profelytorum, solers discipulo  
conscientia, eidemq; sociata ingenua con-  
fessio peccatorum.

Tantum itaq; Virorum exemplis incitatus, et  
gratia cumprimis verbiq; caelestis lumine collustratus  
Liberatus, pari contentione et studio maximum illud  
in sacro otio negotium meditabitur, secessum ad  
tempus à curis turbulentioribus faciens, atq; salu-  
tèrissima studentis vita morumq; inquinatissimorum  
conversioni, donec et ipse remis veliq; omnibus ad  
suprema felicitatis (christi merito parte) portum  
Devenierit. Et quò perniciosior atq; detestabilior est  
erudita mentis circa salutis negotium, et christiana  
penitentia exercitia cacitas, eo magis necessaria solers  
ac fervida in pio illo secessu Conscientia discipulo,  
ut nempe sacra Metanæa alumni, speculari quasi

Lerem. 31. sibi Comente per prophetam Divino spiritu stabuerit  
greg. m. l. 3. accuratori mentis examini intendentes: speculam quippe  
Moral. c. 31. sibi statuere (ita præclari Gregorius M.) de vertura

vitiorum certamina ex alta consideratione praenoscerent mens  
 totet, quando et in virtutum pace constituta mala insidiantia  
 conspuit, securagz quiescere non consentit. primo autem, ne mala  
 quolibet secundo vero loco considerat, ne bona incaute faciat.  
 et postquam prava subegerit, ipsa etiam sibi subijcere recta  
 contendit, ne si mentis dominium transeant, in elationis culpa  
 vertantur. Et quantum ex secretiori conscientia examine, opti-  
 mi et sanctissimi homines a longo saeculorum decurso tempore  
 profecerint, notius est, quam ut proxiori opus sit demonstra-  
 tione. quippe tum maxime illi in pietatis, virtutibusqz soli-  
 dioris cultu profecerunt, cum ad psalms Regij exemplum  
 meditati sunt nocte cum corde suo, spiritum suum Cultu-  
 gatus habet. solicite scopentes, h. e. lapsus suos et defectus  
ad animum suum etiam atqz etiam advocantes, vel Cult  
Apostolus ait, semetipsos impigre reprehendentes, atqz diu-  
dicantes. Nunquam profecto seria morum vitiorumqz, doctos  
 homines infansentium, correctio fiet, nisi sollicita actionum sin-  
 gularum Discusio exploratioqz, praeceperit, atqz correctioni  
 subsecutura locum quasi parabit. Non est vero ut egregie  
 hoc sapientia sacrationis arcanum ex gentili quoquam philo-  
 sopho ediscat Liberatus ad mentem redditurus, aut autognosta  
 Senecam (qui pluribus locis docuit, animum quotidie ad  
 rationem reddendam evocandum esse) in suis Christiana pie-  
 tatis magistris. Ducat anteponendum. siquidem multo valen-  
 tiores Discusiois eiusce rationes Christiani theosophi, praesagz  
 Ecclesia Doctores attulerint in medium, nec minus illum, et  
 praxin instituti eiusce saluberrimi, clarissimi Liberati, nec-  
 tiora sapientibus ostenderint uno plane ore commonebent,  
 ut pietati serie velificaturi, atqz illi de virtute in virtute  
 Diligenti, sine inquirant, qua ratione tempus exegerint  
 et lapsus, qua alacritate Deo inservierint, quid agendorum  
 omiserint, quidve commiserint, omittendorum. quorsum cum-  
 primis referendum est praclarum illud consilium, quod  
 B. Antonius (qui orthodoxa adversus Arianos fidei  
 sub Constantino M. perquam strenuum a peritorum egit)  
 illi dare solebat, qui sollicitam vita morumqz emenda-  
 tionem meditaretur. hortabatur enim eum, ut accurate  
 apud animum suum perpenderet, et reputaret, quid  
 nocte, quid interdum fecisset, quod si quicquam admisset  
 scius, quam debebat, id tabulis suis, quibusquis in scriberet.  
 hac enim ratione futurum, ut sibi a peccato eo melius ca-  
 veat: tum ob pudorem, si multa scripto consignata talia  
 videret, tum ob metum, ne memoriale istud forte in aliena  
 manus incidat, adeoqz ab alijs pro improbo ex proprio testi-

ps. 77.

i. Cor. 1.

Senec. Epi. si. et 84.

Basil. M.  
in sam. de  
abdicat. rer.  
post media.

Joan. Clim.  
grad. 4.  
de obedien.

Chrysost.  
hom. 2.  
in psal.

monio habeatur. quod ipsum consilium S. Basilii pluribus  
locis duxit insinuandum praecipiens ut quilibet semetipsum  
solicite discutiatur, secumq; ponat rationem eorum, quae sin-  
gulis diebus egisset tum si quid indecens admisisset pudore  
vehementiori suscipiatur. quo singulis inquit maximus ille  
Doctor diebus feceris opera, ea vespere tecum ipse commemora-  
et cum his quae feceris pridie confecto, ut melior indies existas.  
Et sermone primo de institutionibus monachorum, completo ait  
iam die, omniaq; opera tum corporis tum spiritus absoluto, pra-  
clare fiet si diligenter unusquisq; antequam cubitum eat, cum  
anime suo conscientiam exquirat. Nec minus sapienter  
Joannes Climacus, optimus & scribitur) traxerit, qui quo-  
tidie vespere lucram ac detrimentum omnino computat,  
quod scire manifestius non potest, nisi in horis singulis, in  
tabulis omnia denotet, nam cum calculi singulis horis po-  
nuntur, totius diei ratio postmodum clarius agnoscitur. Eo-  
demq; loco virum quendam religiosum ob sollicitam sui ipsius  
discussionem laudaturus: ad eius latus (notanter ait) se cum  
appensam cingulo breuem libellum conspicerem, didici-  
illum quotidie cogitationes suas in eo notare, haecq; omnes  
nuntiare patri solitum: non solum autem illum, sed  
alios quamplures id facere ibidem conplexi: erat enim  
(ut comperi) patris sancti mandatum. Nec minus Chrysosto-  
mus in illa psalms Regis verba: peccatum meum contra me est  
semper, illustraturus) cunctos virtutis solidioris cultores  
pientissimè commouit, ut si diurno tempore vel alio com-  
modiore conscientiam suam discutere nequiverint, saltem  
in ipso lecto, antequam somnus ieripat, se ipsos examinent  
diligentissime, perpendentes, quid boni fecerint, quid se mali  
admisserint. Quinimo ex eodem planè plura Majorum  
suorum institutum id fuisse, Dorotheus & peritissimus  
ille spiritualium doctrinarum magister) loco quoda  
indicavit: docuerunt enim (inquit) saepe Maiores nostri  
quo pacto purgemus nos ipsos per singulos dies, ut scilicet  
ad vespeream perscrutemur nobisum: quomodo trans-  
actum diem exegerimus, et rursum mane quomodo nocte  
et sic penitentiam agamus apud Deum, ut par est, in  
quo peccasse nos deprehenderimus. sane cum admodum  
delinquamus peccemusq; obliuiscamurq; delicta, et pec-  
cata nostra, opus est nobis in horas diligenti cura, et exa-  
minatione, quo pacto scilicet ambulamus id momenti, et tem-  
poris, et in quo deliquimus. Debet itaq; unusquisq;

40  
nostrum à se ipso, tanquam iudex, rationem cuiuslibet  
facti caltorquere, et dicere: ut quid locutus sum in felix,  
quo fratrem meum morderent, et carperent? ut quid fecerim  
aliquid facientem iudicavi? ut quid eum contempsi?  
ut quid murmuravi, et oblocutus sum de ipso - sicq; per  
singulos dies agendum nobis est, discutendum, et cognoscen-  
dum, quo pacto ambulamus. Debet item quis à se exigere, ut  
noctem transferat, extat, et Bernardi melliflui memorabilis  
eiusdem examinis commendatio, verbis concepta sequentibus:  
Sedeat iudicans, iustitia stetera, et se accusans conscientia:  
nemo te plus diligit, nemo te felicius iudicabit, mane pro-  
terita noctis fac à temetipso exactionem, et ventura diei  
sibi indicito cautionem: vespera proterita diei rationem  
exige, et supervenientis noctis fac indicationem. perinde ut  
Davidem constat rationem in ipse omnium eorum que age-  
bat, eaq; diligentissime examinasse, et expendisse ad lancem  
divinae voluntatis, considerando frequenter, qua actiones  
illi placerent, qua bona vel mala, qua libere indifferen-  
tes essent, idq; non alium ob finem nisi ut illa ratione  
à peccatis sibi tanto studiosius caveret. Cavebant equide  
sibi quoq; literati meliora spirantes, ab omni iniquitate  
eò rectius, quò studiosius sibi quotidiana sua peccoramata  
ad animum revocaverint, præter infinitam Dei misericor-  
dian, iudicia eius severiora subinde perpendentes. o si  
principium literatorum hominum studium eò spectaret,  
quà ratione sese in examine secretiori quam diligen-  
tissime exercere, inq; omnes vocationis sue partes inquirere  
exactius posset, copiosus adeò fructus obtulit illorum  
obveniret, quantum nullus Oratorum (exquisitissimo  
etiam dicendi apparatus adhibito) satis de prædicare  
valeret. quid, quod ipsa vite sacratioris consideratio  
instituti illius utilitatem plenissime demonstrat? quam  
enim pulchram coram Deo præcipue omnibus studium  
eiusmodi autognosticum? quam utile et salutare? quam  
literato parienti necessarium? quanto illi ad seriam  
vite morumq; corruptorum emendationem adiumento?  
Nihil à veritate dixerimus absolum, si studium illud  
omnis felicitatis (doctos eusebii concomitantis) fun-  
damentum appellaverimus, vel terminum, à quo motus  
omnes spirituales progrediuntur. Nunquam egredi ex  
se omniq; veteris huius contagione, inq; novum transire  
hominem (qui secundum Deum creditur sit) phileuseby  
illi poterunt nisi penitus initio se priorum defectus cog-  
noverint, et in quibus deliquerint hactenus, quantum

Bern.  
Lib. 2.  
vlt. fol.

item profecerint, vel proficiendum etiam reliquum ha-  
 beant. Id dixerint accuratius. quisquis liberatorum non  
 planissime perspexerit se infirmum admodum, insipientem  
 in multis, pauperem et mendicum quinimo longissime à  
 meta et culmine virtutum distans: nunquam operan-  
 navabit sollicitam, ut ad meliora progrediat. Quinimo  
 ignorabit penitus, quomodo patientes suos emendare de-  
 beat, natos, in spissis per se totus ambulans tenebris, omniq;  
 spiritualis cognitionis luce destitutus. Hinc celebre  
 illud, et maximi semper ab antiquis pietatis christiana  
 Magistra estimatum: Nescite se ipsum: quasi totius sapien-  
 tia profundioris compendium. Hinc quoque ardens hominū  
 Deo sacerdotum gemitus: Noverim te, Noverim te me:  
 post longiorem etiam virtutum exercitationem frequen-  
 tissime emipus, quippe non ignorabant illi, plerumq; ani-  
 morum motus latentes admodum esse, ignotos atq; neg-  
 lectos, nec non specie boni alicuius pepini larvatos, et  
 veluti angues in herbā tectos, adeoq; tenebris penitio-  
 sissimis involutos. ac proin summā circa particulare  
 illud examen industriā sibi versandum esse reputabat.  
 Neq; in solā cognitione defectum illud terminandum  
 sed insuper vel maximi liberatis dispiciendum quanta  
 sibi via restet, et quam longē à virtutum solidarum  
 apice absint, quas christianum institutum hactenus ex-  
 tispina commendavit. Ceterum cum proximorum fa-  
 culti atq; utilitati non minus incumbendum sit, quam  
 proprio emolumento spirituali, hinc gemunt rursus  
 illis obviam rerum examinandarum caput, quantum  
 scilicet ipsi in peccati exterminatione, sinceriorisq;  
 pietatis studio profecerint, et qualem proximorum de-  
 viorum habuerint rationem? ut enim negotiator qui  
 vis triplici ex capite deficere potest, quominus lucrū  
 augmentius faciat, nimirum, si vel mercatus ipsi, si ve-  
 rindinas publicas negligat, atq; opportunas lucrandi oc-  
 casiones sibi ē manibus quasi elabi patitur, vel si  
 non ear advehat merces, quas distrahere nundinando  
 potest, vel deniq; si talenta et facultates suas neutiquam  
 curi par fuisse fructuose collocat, ita gravissimum  
 et irreparabile proptus negotiationis spiritualis detri-  
 mentum mysticus mercator, quales nos Domini praecep-  
 tum: Negotiamini, dum veris, esse demonstrat, ea eo-  
 cum proximis incurere solet, si plurima neglexerit ea ip-  
 sū, que ad proximum instruendum sublevandumq; attinet,  
 adeoq; talentis sibi conceditis neutiquam ea Divino  
 praescripto utatur. Non solum fidelissimo in Domino  
 Deo economo circumspiciendum, ne quid forte fortuna

Luc. 19.

rum suarum furto auferatur, sed et omnes latebra & cono-  
 mia sua excutienda, mentisq; <sup>oculi</sup> receptus aperiendi, ut videat  
 quid hic, quid ibi desit, quove augmento aut emolumento  
 spirituali deinceps gaudere possit. Verum cum de eo infra  
 amplior dicendi locus sit obventurus, in presentiarum  
 explicatiis commonuisse sufficiat, non satis esse ut diti-  
 rati penitentes generatim dubitent se ipsos respiciant,  
 nisi et speciatim lineamenta quasi singula, maculasq;  
 ac nevos etiam minutiores duxerint considerandos. Equide-  
 ni torporem, et oscitantiam omnem (pudendo fastus ple-  
 rumq; sociatam) solliciti posuerint autognosca eruditi,  
 procul aberunt a morborum suorum medela salubriori,  
 neq; ad verae virtutis fastigium unquam pertingent. Non  
 pigebit insignem quendam (et si paulo proximior) ex  
 optimo Kempneri locum adscribere sub selectiores sacro-  
 sanctae Melancthi studiosi, saluberrimi illius instituti  
 rationem penitus intelligant, deq; eo exequendo cura ma-  
 gis sollicita, toto vite sua mortali decursu laborent. sero  
 iam factu (inquit Thomas ille pietissimus) examinanda  
 est conscientia de statu defectus hodierni, si solito pigrior  
 vel ferventior exististi. Non parcas tibi ipsi in defectibus  
 corrigendis, sed argue, qua propria iniquitate commisit-  
 tu reus es, tu haec et illa fecisti. Recogita quid in choro, quid  
 in conventu, quid in mensa, quid foris, quid intus hodie  
 egisti, vel omisit: quando totum emendabis? — — Loquera-  
 ergo cum propheta pro venia impetranda. confitebor ad-  
 versum me injustitiam meam. Domino et tu remisisti impie-  
 tatem peccati mei, pro hac orabit ad te omnis sanctus in  
 tempore opportuno. Siquidem tempus magis opportunum  
 ad recollectionem cordis, varijs occupationibus per diem  
 distracti, videtur esse hora sanctae vocationis proserena-  
 tione conscientiae purganda deputata. Va illi, qui hanc  
 horam negligenter praeterit, et de die in diem, de hora in  
 horam locutiones protrahit, et statum cordis, mores et actus  
 vix semel in die examinat, quod omni hora facere necessariu  
 foret. quamvis enim tu negligas intima tua discutere,  
 Deus tamen nil patietur inultum abire. usq; ad minimum  
 namq; quaedamtem exiget talentum tibi commissum. Dedit  
 siquidem unicuiq; sensus, et legem vite ac discipline con-  
 stituit ad bene avendum, et ad meliora semper proficien-  
 dum; nullum vero tempus otiose vaniq; consumendum.  
 ad te ipsum vel sero revertere miser homo, totus deditus

Thom. de  
 Kempner.  
 c. g. exercit.  
 spirit.

externis, qui ignoras, quando veniet Dominus, et quam velox  
tibi instat exitus mortis. Rursus ait: quoniam igitur iustus  
in principio sermonis accusator est sui: ideo Diligentius  
per scrutanda est quotidiana conversatio in speciali. Stultus  
dedit increpationes, vanus non curat, superbus se excusat,  
piger dissimulat, dissolutus irridet: sapiens vero vias suas  
considerat, prohibita retrahat, futura precogitat: Vita  
exhorret, scripturas amat, precibus infundat. Doce sapiente  
et amabit te. securus in bonis ambula si mala non lateant,  
capitulum culparum ergo tibi noveris diligentissime esse  
servandum. Multi computant pecunias, et expensas reum  
pauci conscientiam, et negligentias temporum discutunt,  
ideoque magis deficiunt, quam proficiunt. Loquuntur bona,  
et non faciunt. Detestantur mala in alijs, se ipsos autem  
negligunt in multis. Tu vero aliter institutus es. Et si  
verè proficere valis, omni vespere te discutere non  
omittas. quod si feceris, renovaberis spiritu mentis, et  
pacem habebit tabernaculum tuum. securi dormies, et  
non erit qui exerceat quiescentem in christo. Mirum  
valde, et tremendum nimis, quod quis audeat ire dormire  
aliquo gravi delicto occupatus, nec compunctus, neque con-  
fessus. pro dolor! plures percepi in sua malitia, et pecca-  
torum facibus subita morte extinctos, et omni amicorum  
solatio destitutos. ad cavendum ergo detestabilem negli-  
gentiam in examinatione conscientia propria. De omni  
verbo, et opere iudicium tibi hora congruente statua, et  
rationem villicationis tua à te ipso exige strictè, serve.  
male et piger, Dic qualiter hunc diem expendisti? Ecce  
notavi, quod hodie suscitatus, non statim alacriter surre-  
xisti. verba multa prompsisti, parvum fructum exhibisti.  
Tardè etiam hodie ad opus accepisti, accedisse laborasti.  
locutus es inutilia, interrogasti curiosè, iudicasti suspiciosè,  
risisti, sape dissolutè, detraxisti, commotus fuisti. corde  
et oculis evagatus es in choro, in mensa, et modicum ad  
lecta attendisti. saecularia verba cautè auscultasti, ver-  
ba christi, et sanctorum dicta malè retinisti. De cibo  
et potu cogitasti, et avidè comedisti. gavisus es de melio-  
ribus ferculis, desiderasti amplius, de vilioribus mur-  
murasti. non fuisti patiens in modico defectu, nec

continens à meliori: sed magis tibi, quam fratri audenti  
 id adaptasti. quævisisti te in parvis, et majora (scilicet  
 et fidelitatem, et charitatem) perdidisti. legisti  
 sine devotione, sine debita attentione, et sine distinc-  
 ta prolatione verborum. Vide, ubi corruisti, et desine  
 superbiere, et gloriari de bonis à deo perceptis. gemens  
 deplora interioris hominis statum multis passionibus  
 implicatum. scrutare abscondita, si ira, si invidia, si  
 concupiscentia, si avaritia, si impatientia, aut tristitia  
 te movit, et superavit. Nec solum de malis peractis  
 investigandum est, sed etiam de bonis neglectis perqui-  
 rendum: si beneficia dei cum gratiarum actione cogitasti.  
 si pro amicis, et adversariis orasti, si reverentiam pro-  
 lato, et minoribus fratribus dulcedinem charitatis ca-  
 ribuisti. si infirmis, et tentatis compasus fuisti. si  
 petenti auxilium, si morienti solatium impendisti. si  
 denique honorem dei simplicitate, et pure quaesivisti. si  
 humanam laudem strenue vitasti. si propriam vo-  
 luntatem promptè abnegasti. si te nulli pretulisti.  
 si patienter correctiones accepisti. si nemini molestus  
 fuisti, si lapsus clementer indulxisti. si ab iniuriato ve-  
 niam postulasti, si pertinax non fuisti. si ad humilia  
 opera festinasti. si malum pro malo reddere non  
 cogitasti, sed in bono malum vincere studuisti. his  
 sacris scrutinijs mens tua invigilet. istis se frequenter  
 discutiat, increpet, et emundet. ut gratiam caritè con-  
 servet, amissam recuperet, et ad spiritualem profectum  
 vehementer inciteris. Reflexus omne malum, quod  
 hac die perpetrasti. quibus verbis piensissimus  
 Kempferus egregiè ostendit ac excipendum uberiori  
 cum fructu conscientie scrutinium deponendam  
 esse erroneam illam affectionem ac si examini  
 absurde satisfactum esset, ubi insigniores defectus  
 fuerint inventi. ulteriorem notius progressionem con-  
 sultandum esse. si quidem ad destinatum virtutis  
 solidioris metam, deo clementer aspirante, perveni-  
 re velimus. Ceterum, oportere nos rationem sin-  
 gularum actuum à nobismetipsis petere, ne minus  
 solliciti de nostri spiritibus profectu, quam de

Chrysol.  
hom. 4.  
in psal.

rerum temporalium ex pensis videamus. Quam in rem eleganti-  
simè etiam Chrysolomus: Statim tunc surreximus, inquit,  
a lecto, priusquam nos conferamus in forum, vel priusquam ag-  
grediamur opus aliquod vel privatum vel publicum, vocato  
ministro rationum sumptuum petimus: ut sciamus quidnam  
male, vel quid bene ex penderit. Et si viderimus parum quiddam  
desiderari, omnibus modis recogitamus accipiendum occasione  
ut inviti perdamus. faciamus igitur hoc, et in operibus nostris,  
vocata conscientia nostra. faciamus similiter ratio-  
nem verborum, operum, cogitationum, et scrutemur quid  
utiliter in sumptum sit, et quid in perniciem nostram. quis  
sermo male ex pensus in convitiis, in sales, in turpilogia.  
quo concupiscentia oculos in intemperantiam provocavit  
quo cogitatio cum damno nostro in opus prodierit, vel  
per manus, vel per linguam, vel per cogitationes ipsas. Et  
post alia eundem in sensum: quid facis in pecunia (notan-  
ter ait) nec finis ut duo dies pretereant quin cum famulo  
rationem in eas ne confusionem inducat oblivio hoc etiam  
fac in actionibus. singulis diebus vesperi ab anima rationem  
exige, et cogitationem quo peccavit, condemna, eam velut  
in ligno suspende, et torque, et iube ne amplius te aggredia-  
tur. Idem plane Alexander Magnus, quod Ne-  
hemias Hierosolymam reparaturus, videlicet multiplices  
ruinas ad unum sibi revocet prius, quam matrona re-  
edificanda civitati sua spiritali admoveat: egregius sum  
(ait Nehemias) per portam vallis nocte, et ante fontem  
Draconis, et ad portam stercoreis, et considerabam murum  
disruptum, et portas eius combustas igni. Egrediaitur a se  
pariter paritens Alexander (non proprio quidem sed alieno  
iudicio. se discutens, ac prout alterum examinaret, in se  
ipsum inquisens) per portam vallis (seu ostium humi-  
latis, serie) et fontem Draconis infernalis, seu Diabolica  
elationem, portamque stercoreis (pudendam scilicet corrup-  
tionis origines, scaturiginem) multa cura et studio de-  
clinet. Et cum infirmitas humana tanta sit, ut diligentissi-  
mi etiam atque attentissimi mortales, sui ipsius frequentissi-  
mè obliviscantur, facilius conniventes, et sibi metipsis  
indulgentes in iis quo molestiam ac difficultatem aliquam  
pariunt, haud prater rem foret, ut sincera Metanae  
candidati sollicita cura Censorem aliquem constituerent  
qui torporem omnem excubere, moras castigare, et  
fugientes ad fortiter agendum hortemque persequendum  
compellere possit. Non est ut Catonem quendam Romam  
edocent, aut alium dignitatis censorie virum ea datio

Nehem. i.

adducendum curent, Deum potius omniscium semper habeant  
 presentem, ad illum perpetuo aspirantes, sicut sibi solliciti  
 adficientes, eundemq; arctissime retinentes. Vix eorundem emi-  
 nentioris gratia saluum de Deo cogitabunt, aut ad eum  
 adorandum accedent, quin illico statum conscientia sua  
 ex abundantia divini luminis accuratius sibi perscrutentur,  
 demq; sibi metipsis accusatorem, iudicemq; demonstraturi severio-  
 rem. Huc opportune illud apostoli: Si nosmetipsos dijudica-  
remus, non utiq; iudicemur. dum iudicamur autem, a Domi-  
 no corrigimur, ut non cum hoc mundo damnemur. quod si  
 et ipsi ex receptissimo aque ac perverissimo more alicuius  
 speciosissimae de se conceperint opinionem, nullosq; serpentes,  
 dracones, viperas, et scorpiones in se superesse reliquos, ignemq;  
 malitia perituri extingui crediderint, errorem tandem suum  
 defectusq; multivariis studiis suis agnoscent, atq; observabunt,  
 sicut veris suis coloribus depictos, Divino obtulit demissis  
 exponent. Antrum eorundem conscientia intimioris, illis  
 penetrandum est, si horribiles basiliscos venari velint, qui  
 (quoniam priores nos vident) incautos enecare solent.  
 Sicut latentes et rapaces illos lupos interimere cogitent,  
 qui omnem loquendi clamandiq; adimunt potestatem.  
 Neq; benignissimum Numen eos ope auxiliisq; suo de-  
 stituit, cum prophetica ore omnem securitatem illis pro-  
 miserit, atq; a venenato morbo immunitatem, si modo  
 ex Deo nati, mannae caelesti aspueverint, aque volupta-  
 tum mundanarum ubere, etiam atq; etiam fuerint  
 avulsi: Delectabitur (ait Isaias) infans ab ubere super  
foramine aspidis. et in caverna reguli qui ablatulus  
fuerit, manum suam mittet. Non nocebunt, et non occi-  
 dent in universo monte sancto meo: quia replebit terra  
 scientia Domini, sicut aqua maris operientes. quae ipsa  
 felicitas olim circumcinget sapientes illos, et pro tidos  
 Autognostas, qui emeritis longissimis doctrinarum multifi-  
 variarum spatij, in nihil sui abyssum descendentes,  
 malisq; sine phorranata sua ad animum sibi revocan-  
 tes, et conscientiam perperam gestorum frequenter ante  
 oculos habentes, arcantissimos latium cordium suorum re-  
 ceptus aperuerint, ingenueq; fuerint Confessi, quid  
 mente, ore et opere deliquerint, quae adversus Deum  
 vel proximum, vel se ipsos danisq; admiserint, quae omis-  
 sione & profertim, si aliorum habuerint curam, vel  
 commissione pudenda perpetrarint, quas vehementiores  
 animi commotiones sint passi, qualem animum studiis  
 vel sacris vel secularibus occupati, erga sanctissimum  
 Numen eiusq; honorem, quaeperint an gloria Divina, no-  
 vissimorumq; subinde memores fuerint, an linguaefranis

i. Cor. ii.

Isa. li.

an oculi vagabundi, et profani, an calamo crudeles, et inhumanos se se ostenderint, an aliquam decori et modestia habuerint rationem? o felicissimi eos dilectos, quos salutaris adeo cura frequenter versat atq; cogitatio, qua ratione errores ac lapsus suos indagare, indagato, deplorare, deplorato Deo suo confiteri, eiq; gravissima offerre, reconciliari queant. ceterum a seculis suis solliciti exigeret qualiter officio sibi demandato functi fuerint, quam rei omnium pretiosissime temporis, scilicet habuerint rationem, quemve in actionibus suis, singulis scopum intentionemq; habuerint pro oculis. sane cur proprium omnino hoc plane hereditarium sit cunctis mortalibus, ut semper et ubiq; se se excusent, culpaq; enormiores transferant in alios. hinc etiam atq; etiam cavebunt sacra Melansea candidati ne effreni adeo philantia occidentur, aut laqueis tan pernitiosis deinceps irretiantur: quin potius a pudenda adeo animi mali affecti labe vivere queant immunes.

## Sectio 12.

Fidei Literato penitenti apprimè  
Necessaria ratio, et exercitium saluta-  
re.

Fidelibus hactenus locuti sumus Literatis non profanis ethnophis, plane infelicibus illis pseudomelansea, proselytis, eo quod penitentiam (ubi supra fusi ostendimus) egerint fidei capam, omnino in Deum mundiq; Redemptorem fiducia debitam. Non alios inquam docti orbis incolae ad seriam conversionem duximus instituendos, quam fideles et Regeneratos, ideo pauca hucusq; de fide (primo illi ac praeantipino Dei dono) tractavimus, cuius tamen usus vivaq; praxi ad penitentia vera studium adeo necessaria est, ut si desit spiritus omnino ac vita Melansea deficiat, omninoq; labor huius accuratiori conscientiae scrutinio, huius gravissimis obperam admissa dolori impensus, omnino pereat utq; caligabit. Hinc est quod D. Clemens Alexandrinus, fidem cunctis penitenti serie cultoribus non aliter commendata voluerit, quam omnium elementorum usum, ut enim loquitur atq; quatuor elementis non licet vivere, ita

Clem. Alex.  
L. 2. Strom.  
Sect. 4.